



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

13 de Tributoria actione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

- 7 ¶ Accedit ꝛ actioni infortioræ, actio quæ quasi infortiora & vtilis dicitur, quæ datur contrahenti cum eo quem infortiorem credidit, cum sit infortior vere non esset, aduersus eum cuius ipse nequebat, eum. *l. 1. & 2. de infortior. act. P.* Domino porro qui præpositus, nulla infortiora ex edicto prætoris data est actio. Nam satis iure ciuili ei subuenitur.
- 8 ¶ Quia ꝛ si præposuit seruum, vel filium familiæ, iam ratione potestatis habet sibi quæsitæ actiones ciuiles ex eorum contractibus. Si alienum seruum, vel liberum præponit, potest conuenire vel dominum infortiorem actione mandati, vel negotiorum gestorum. Potest & sibi cessis actionibus agere cum illis, qui cum infortiore contraxerunt, vel vtilibus. *l. si quis mancipis, 17. § si impubes. eod. tit. P.* Finis autem & ratio huius prætoricæ actionis est, vtilitas promiscui vsus. *l. ex qua persona, de regul. iur. P. l. 1. de infortior. actio. P.*
- 9 ¶ Et ꝛ quomodo est, præponentem ex ea persona infortioris actiones pati, ex qua commoda sequitur. *l. sed est si pupillus, 11. § si infortiora, de infortior. act. P.*

De tributaria actione. Cap. 13.

Lib. 44. P. tit. 4. *Weslib. Meyer.*

- 1 Infortiora & tributaria actionis differentia.
- 2 Tributaria unde dicitur actio.
- 3 Peculii & mercis peculiaris differentia.
- 4 Tributaria actionis quæ sunt persona consideranda.
- 5 Tributaria actionis. & de peculio differentia.
- Alia 7.
- 6 Tributaria actionis forma. & obligatio unde.
- 7 Tributaria actionis contribuenda formula.
- 8 Ratio & finis.

Accedit ꝛ proxime actioni infortioræ tributaria: verum differunt, quod seruus si præponitur infortior in merce dominicæ, infortiora competit: sin autem in merce, quæ peculiaris, seu peculii est, permittitur, vel iubeatur a domino negotiari, videlicet proprio nomine, tributaria datur. *hæc Justin. in §. introductis, quod cum eo qui in alien. pot. ¶ Introducti ꝛ prætor aliam actionem, inquit Iulianus, quæ tributaria vocatur. Namq; si seruus in peculiari merce sciente domino negotietur, & quod cum eo eius rei causa contractum erit ita prætor ius dicit, vt quicquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei debeatur, & ceteros creditores pro rata portione tribuatur. Et quia ipsi domino distributionem prætor perimit, si quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei tributum sit, quæ oportuerit, hanc ei actio nem accommodat, quæ ideo tributaria appellatur. *l. 1. §. si de tribut. act. P.* Ex quib. verbis apparet primū, tributaria a distributione crediti inter dominum, vt inter extraneum, & alios creditores, dictam. *l. 1. peculiarem autem, de tribut. tor. P.* Deinde ꝛ apparet, rem ex cuius tractatione nascitur cum domino actio tributaria, esse peculiarem mercem, quæ alia est, quam peculium. Pecularem enim mercem, inquit Vlpianus, nō sicut peculium accipimus. Quippe peculium, deducto eo quod domino debetur, accipitur. Merx peculiaris, est si nihil sit in peculio, dominum tributaria obligat, ita demum si sciente eo seruus negotiabitur: si dominus sciat, vel patiar, nec de contraria voluntate proteiterur. *l. fin. eo. P.* Et extra mercem aliquando peculium est. *l. 1. eod. tit. P.* Oportet autem mercem ad dominum serui pertinere, in qua peculiariter negotietur. *l. 1. de tribut. P.**

¶ Quod ꝛ ad personas pertinet, illæ sunt dominus & seruus, quem finit peculii merce negotiari. *d. l. 1. §. si. & non solum ad seruos nostros pertinet tributaria actio, verum ad eos quoque, qui nobis bona fide seruiunt, siue liberi, siue serui alieni sint, vel in quibus vsu fructum habemus. l. procuratoris, §. §. vicarius. eo.* Et si vicarius mei serui negotietur me sciēte, tributaria tenebor: si me ignorante, de peculio. *d. l. procuratoris, §. sed est ancillam, l. 1. & ancillarum, 28. de pecul. P.* Sed et si ancilla negotiabitur, admittendam tributariam dicimus. *d. §. sed est ancillam, & parui refert, an cum seruo contrahatur, an cum infortiore eius. d. l. procuratoris, §. in tributum.* Quare datur actio tributaria contra eum, qui in potestate habet negotiantem in peculiari merce creditoribus mercis. *l. 3. eod. P.* & si plures sint domini, contra omnes. *l. illud, 7. §. fin. eod.* Datur heredi & in heredem, de eo duntaxat, quoad eum peruenit. *l. quia non de dolo, 8. eod. tit.*

¶ Et ꝛ post mortem serui perpetuo in dominum, & eius heredem, *l. quod in herede, 9. eod.* contraque alios eius successores, *l.*

*de peculio, 10. eod.* non tamen contra emtorem serui, in quo & differt actio hæc ab ea, quæ de peculio. *l. 1. §. scientiam, & l. 3. in princ. de tribut. P.*

¶ In ꝛ forma obligationis tributariae, inspicenda est mens domini, & modus contribuendi: nam dominus non alio modo tenetur, quam si patiar negotiari in merce peculiari, id est, si sciat, & velit. *d. l. 3. §. pen. & fin.* Datur & tributaria in pupillos: & furiosos, & minores, ex scientia tutorum & curatorum, qui passi sunt in peculiari merce seruum eorum negotiari, si tamen dolose pertractauerint & permiserint eum negotiari, non amplius actio hæc in pupillos, & minores, & furiosos dabitur, quam fuerint facti locupletiores. *d. l. 3. §. fin. & l. 4. de tribut. P.* Et si pupillus doli capax sit, & dolum admittat: ita si pupillus cuius tutor scierit, pubes factus, vel furiosus sanæ mentis, dolum admittat, tenentur ex hoc edicto. *l. procuratoris, §. eod. l. cum inque, §. si de infortiora acti. P.* Procuratoris autem scientiam & dolum nocere de bere domino, constat. *l. procurator cui libera, de procura. dummodo is fuerit generalis, & cum libera administratione, l. si procurator, de dol. mal. excep. non alter.* Si duo sunt domini, aliter sciat, alter ignoret negotiationem, quod debetur ignoranti deducitur in solidum, nec venit in tributum. *l. 3. §. 1. de tribut. P.*

¶ Contribuendi ꝛ formula est, vt quicquid in merce peculiari erit, quodque inde receptum erit, non quicquid in peculio, id inter dominum, si quid ei debeatur, & ceteros creditores pro rata portione, §. *introductis quod cum eo qui in alien. & c. apud Justin. l. procuratoris, §. per hanc actionem, & §. non autem, & l. penult. de tribut. P.* distribuatur, sine vilo occupationis priuilegio, æquali conditione existente agentium: quamuis in peculii actione aliter. *l. non enim, 6. de tribut. in quo actio de peculio & tributaria inter se quoque differunt, quemadmodum & in hac contributione, dominus priuilegium deductionis perdidit, ob permissionem negotiandi. d. l. procuratoris, §. §. in tributum.* Præfertur tamen is, qui contraxit cum seruo in hac causa, & mercem pignori accepit, etiam domini debito, propter pignoris ius. *d. l. procuratoris, §. in tributum, versic. quid tamen.* Ex contributione seu distributione dominus deducit, & pro parte accipit quodcumque debet ei, & ex quacunque causa ierius, parique refert an ante mercem, an postea ei debere cœperit seruus. *d. l. procuratoris §. in tributum, versic. sed est quæ situm.* In distributione quoque aduertendum, vt si seruus piures habuerit creditores, sed diuersi in mercibus certis: quia duas negotiationes exerceret, puta sagariam & linteariam, ne confusanda hæc. Sed qui crediderunt in sagariam rem, illi tantum in illa merce sibi contribuatur, & alii in alia: sic si duas tabernas eiusdem negotiationis exercuit, sed in diuersis locis, merces locorum eis tantum creditoribus, qui in eoloco vel ratione eius taberne contraxerunt, in tributum venient. *d. l. procuratoris §. si plures.* Si omnes autem merces in vna taberna deferbantur, & aliquæ existent tantum, quæ vnus creditoris pecunia fuerint comparata, dicendum est tamen, omnes in tributum venire, nisi fuerint creditori pignorate. *d. l. procuratoris, §. plano.* Et si res existat creditoris vnus, si quidem illam creditum abiit, in tributum venit: si non abiit, puta, quia res vendita seruo, vel alteri, non prius defununt esse meæ, quamuis vendidero, nisi ære soluto, vel fideiussore dato, vel satisfacto, dicendum est rem viadicari posse. *d. l. procuratoris, §. sed si.* Videlicet si fides habita non sit de pretio, in quo exquiri oportet, quando consentatur traditione habita. *l. iuxta §. vendita, de rerum diuis. & l. 3. de pign. actio. P.* Cauere quoque debent qui pro rata debiti merces inter se distribuunt, vt alii creditores eiusdem cause suboriantur & emerferint, pro rata se illis debita resolutos. *d. l. procuratoris, & l. non eum, 6. & l. illud, 7. de tribut. P.* Munus autem distribuendi has partes incumbit domino: & si nolit, arbitrium in hæc rem dat prætor. *d. l. illud.* Idcirco si dominus, vel alius dolo malo fecerit, quominus in tributum veniant omnes res, vel pro rata, prout expedit, non distribuatur, ei qui cōqueritur in eum datur actio, vt cogatur, tributaria. Eademq; tenetur dominus, si mercem perire passus est, aut eum euerit, aut vilius data opera distraxit, vel ab emtoribus pretium non exegit dolo, si negauerit cuiquam deberi. *d. l. illud, §. si cuius dolo.*

¶ Finis ꝛ est æqualitas damni & lucri pro rata, *l. non eum, de tribut. causa autem & ratio cur non in solidum dominus confectionatur sibi debitum, sed pro rata mercis, est quod tanquam extraneus in hoc sit, l. 1. eod. & quemadmodum alii creditores aliquantum sibi imputare debeant, quod cum seruo contraxerint, qui iure ciuili per se & suo nomine obligari nequit, in l. serui, &*



*1. seruus, de actio. l. quod attinet, de regul. iur. P. equitas autem suavit edictum praetoris, vt qui iure ciuili nihil ab eo petere possint, saltem in quantum merces comparate ex eorum pecunia existant inueniuntur, inter omnes pro rata debiti distribuuntur. Quamobrem, cum ex eadem causa possit esse actio creditori de peculio, & tributoria contra dominum, nempe quod in parte peculii merces peculiarem exercuit seruus, eligere debet, qua experiri velit: nam altera electa ad aliam redire non potest. l. quod in herede. §. el. gere, de tribus. Plane si quis velit ex alia causa de peculio, & ex alia de tributoria agere, audiendus erit. d. §. eligere.*

De Peculio. Cap. 14.

Lib. 15. P. tit. 1.

- 1 Peculium & pecunia quid, & vnde.
- 2 Diuisio in illud quod eorum est, qui sui iuris, & eorum qui alieni iuris.
- 3 Rursus quod eorum qui alieni iuris, vel seruorum, vel liberorum: & hoc profectitium, aduentitium, Castrense vel quasi, &c. eod.
- 4 Peculium hominis sui iuris quid.
- 5 Peculium profectitium quid.
- 6 Aduentitium quod.
- 7 Castrense.
- 8 Quasi castrense.
- 9 De peculio in patrem actio, intelligitur de peculio profectitio, vel serui.
- 10 Peculium seruorum & filiorum suam cum libera & sine libera administratione.
- 11 De peculio actio contra quem, & pro quibus datur. De peculio pro seruis & filiis suam. datur actio in quantum est in peculio, non in solidum, & pro quibus, eod.
- 12 In peculio quae res esse possint.
- 13 Peculium seruis & filiis suam. expresse vel tacite conceditur.
- 14 Peculium qui concedere possunt & capere, & quibus, & in quos datur actio, eod.
- 15 Peculii concessio diuersa cum libera, & sine ea quid continentur.
- 16 In peculii actione & condemnatione, qua prius deducenda sunt.
- 17 De peculio actionis finis & rationes.
- 18 Peculium minere quando domino, vel patri non licet.

**P**eculium & peculatus ¶ a pecunia dicitur, Varro 4. de lingua Latin. quasi pusilla pecunia, siue patrimonium pusillam. l. de positi, §. speculum dicitur, de pecul. in P. Pecunia a omnia omnes res, quae in patrimonio nostro sunt, complectitur: & omnia corpora. l. pecunia appellatio, 4. §. l. seq. & l. pecunia verbum, 178. de verb. signif. P. l. in de constit. pecun. Sic Cicero. Is, inquit, a vobis iudices exposcitur, vt quoniam in alienam pecuniam, tam plenam, atque preclarum nullo iure inuaserit, cumque ei pecunia vitam Sexti Rosci obstat atque officere videatur, deleatis ex animo omnem suspicionem, omnemque metum tollatis. Cicero pro Rosc. Amerino. Et paulo post, quod plenam pecuniam dixerat, vocat amplam patrimonium. Pecunia porro a pecudibus, quod antiquis omne patrimonium fere pecudibus constaret, vnde & numus signatus primum pecuniae nota. Plutarch. in vita Publicol. Plinius libr. 33. cap. 1. Sic Plinius pecunia ipsa a pecore appellabatur. Et etiam nunc in tabulis Centoris, pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet: quia diu solum hoc vergetigal. Plinius libr. 18. c. 3. Peculium autem Tubero sic definiuit, quod seruus domini permissu, separatim a rationib. dominicis habet, deducto eo, si quid domino debetur. l. depositi, §. §. fin. de pecu. P. Et Pomponius, peculium est, non id cuius seruus seorsum a domino rationem habuerit, sed quod dominus ipse separauerit, suam substantiam a serui ratione discernens. l. peculium, 4. in princ. & §. ex his, de pecul. Ceterum haec finitio ad vnam speciem peculii pertinet seruorum. ¶ Et enim ¶ diuidendum est peculium in peculium eorum qui sui iuris sunt, & eorum qui alterius sunt potestatis. Rursus peculium eorum qui alterius sunt potestatis in peculium liberorum & seruorum. Seruorum vnus generis est, liberorum multiplex. videlicet profectitium, aduentitium: & haec vel castrensa, vel quasi. l. fin. C. de inoffic. testam.

¶ Cuiuslibet ¶ hominis liberi patrisfamilias potest dici exiguum patrimonium, peculium, l. cogi. 16. ad Senat. Trebellia. P.

vel quod ipse seorsum a facultatibus suis aliis seorsum, praesidi causa, vt si quando egeret in subsidium esset, vt est apud Gellum. l. si choros, 77. §. 1. de legat. 3. Gallos quoque testatur Vlpianus, peculium dicere, quae Graeci paraphera vocant, bona mulierum separata a dote, quae datur maritis. l. si ego, 10. §. dote autem causa, de iure dot. ¶ Peculium ¶ profectitium dicitur, quod a patre, vel parente profectum est de bonis, vel factis eius: siue pater dederit, siue procurator eius, vel alius eius iussu, vel alius contemptatione patris. l. profectitia, §. de iure dot. P. l. sed si plura, 10. §. in arrogato, de vulg. P. l. aditio, 45. §. praeterea de acquir. hered. P.

¶ Aduentitium ¶ dicitur id, quod aliunde, quam ex procedenti causa ad filiosfam. venit, quod parentibus, nisi quod pertinet ad vsum fructum, non acquiritur: cuiusmodi sunt bona materna, & quae ex maritali lucro ad eos perueniunt. l. cum oportet, 6. de bonis qua liber. C.

¶ Castrense ¶ peculium est, quod a parentibus, vel cognatis, vel vxore in militia degenti donatum est: vel quod ipse filiosfam. in militia acquisiuit: alioquin, nisi militaret, non acquisitus. l. castrense, 11. §. l. si milito, 6. de castrensi pec. P. de castrensi peculio multa in personis dum de militum priuilegiis agimus.

¶ Quasi ¶ castrense dicitur, quod exemplo militiae armatae & militum dicitur esse illis, qui quodammodo militare creduntur: cuiusmodi sunt ea, quae ab aduocatis quaeruntur, ex causatum patrocinio, illis propria, & quae patri non quaeruntur, exemplo castrensis peculii. l. forti tui culminis, 4. §. l. aduocati, 14. de aduoc. diuerso. iudiciorum, lib. 2. C. tit. 7. Sic & quae clerici, & persone ecclesiasticae acquirunt, peculiaria, & seorsum a patre quasi castrensa habent, l. sacrosanctae, 31. de episc. & cler. C. vt pote militiam colorem exercentes. ¶ P. ro ¶ quando agimus de actione, de peculio, in patrem dando, proprie subintelligimus de peculio profectio filifamilias, quod omnino quaeritur patri. §. 1. per quas personas nob. acq. lib. 2. Inst. tit. 9. vel de peculio seruorum seu liberorum nobis bona fide seruientium, l. §. potestatis, de pec. P. l. 2. en. P. antiquitas enim vna erat, p. modum conditio potestatis in filio & seruo, & filius instar serui quando in patria fuit potestate. l. §. C. de pat. potesta. l. in suis, 11. de lib. & post. C. Dion. Haec in 8. §. 2. non in personis, dum de potestate in liberis agimus. ¶ Peculium ¶ hoc duplex, cum libera administratione, & sine libera. l. quam Tuberonu, 7. §. sum quidam, & §. alia, de pecul. P. ¶ Res ¶ ex qua nascitur haec actio, est contractus filifamilias, seruiue, pro cuius obligatione pater, do minusve tenentur, non in solidum, sed in quantum est in peculio, §. praeterea, quod cum eo qui in aliena potestate. ap. Inst. in l. 2. de pecul. P. Habemus autem hic rationem facti, nam quod pertinet ad ius ciuile, nec seruus quicquam debere potest, nec quicquam ei debere. l. nec seruus, 42. eo. tit. P. Ita, tantum si ratione rei peculiari contractu sit, de peculio agitur, vt si fideiussit filiusfamilias, vel seruus, vel mandauerit rem peculiarem gerens, vel alius pro illo soluerit, vel fideiussit, l. §. si filiusfamilias, & §. §. seq. & §. sed si filius, & l. quoties, 48. §. Sabinus, de pecu. P. si filiusfamilias in iurandum deculerit, & iuratum sit. Sed tamen in seruo diuersum est, in l. de positi, §. §. 1. eod. nisi & is extra iudicium, vel liberam habens peculii administrationem iurauerit, l. quidam, de iureiurand. P. fidei positum suscepit: si precario accepit, l. depositi, §. de pecul. l. dolo malo serui, vel filifamilias, depositi causa agatur: alioquin si de dolo malo domini, vel patris agatur, in solidum pro filifamilias, & seruis tenentur, l. §. filiusfam. de positi, P. vt & in aliis contractibus bonae fidei, in quibus dolo malo pater, vel dominus aliquid gesserit: vt si agatur de dote, vel pignore, vel commodato restituyendo per dominum, vel patrem retinentem, ex contractu serui, vel filifamilias. l. in bona fidei, 37. de pec. l. §. si filiosfamilias, com. P. Ex compromisso tamen serui non datur actio de peculio in dominum, quia nec si iudicio condemnentur, datur in eum actio. l. §. §. seruis, de pecu. P. Ex condemnatione tamen filii, & indicato, in quo quasi contrahitur cum illo, in patre datur actio de peculio. l. §. §. idem scribit, de pecu. P. cu filio, quippe iudicium esse potest. l. quanto magis, de iure in P. l. quoties, si quis cauitio. Ex contractu quoque delicti, filifamilias, vel serui, vt ex causa furtiua non obligantur dominus aut pater, nec ex peculio, nisi in quantum locupletiores sunt, d. l. §. ex furtiua, de pecu. Et generaliter, ex ponalibus actionibus non solet in patrem dari actio de peculio, l. ex ponalibus, §. de regul. iur. P. l. §. si filiusfam. & §. si de vi & vi arma. P. l. §. cum seruis de his, qui deoer. ex aliis peculii causa gestis datur: quamuis dominus prohibuerit cum seruo contrahi, cui tamen peculium permissum, si quis seruus, 30. §. fin. & l. quoties, 48. de pecul.

¶ Res ¶ in peculio esse possunt mobiles, & soli, vicarii, & vicariorum